

ium genus: & ideo dicitur argumentum proprium. Hinc duo syllogisini. Syllogismus primus est talis. Genus quatenus est instrumentum, est Logicæ considerationis. Substantia in Logicis est tale genus. Ergò est Logicæ cōsiderationis. Excipies: Ergò ad locum generis pertinet tanquam exemplum. Non enim omne quod genus est, est in Logicâ tradendum. Resp. Certè valeret argumentatio, si substantia consideraretur ut genus, quod non est instrumentum, quale est animal: sed Syllogismusc ontrarium ostendit, videlicet quod sit Prædicamentum quo-  
genus tale, quo quis uti possit tanquam instrumento disse-  
rendi. Syllogismus secundus hic est. Si prædicamentum, v.g. modo dica-  
substantiæ, est dispositio generum & specierum, est argumen-  
tum proprium. Sed illud est. Ergò & hoc. Ratio cōnexi: quia <sup>tum quo-</sup>  
hæc est specialis consideratio thematis, si illius genus inve-  
stigetur, itemque species oppositæ. Deinde prædicamenta  
etiam propria dicuntur argumenta, quia determinant argu-  
menta communia. Nam si velis inquirere quæstionis sim-  
plicis, vel compositæ causas, effecta, subjecta, adjuncta, &  
cætera argumenta, perlustrare debes prædicamenta: ut, si de  
homine sit docendum, inquires quas causas habeat in præ-  
dicamento substantiæ, quantitatis, qualitatis, actionis &c.  
de quibus sine hâc directione nunquam cogitaturus fuisses.

## 2 Prædicamentum in Logicis non consideratur tan- quam index naturæ, sed tanquam instrumentum cogno- scendi naturas rerum.

Vulgò dicunt: *Prædicamentum est index naturæ*. Hoc verum est, si spectentur res ipsæ, quæ in illis disponuntur. Sic enim prædicamenta repræsentant totam rerum universita-  
tem, quemadmodum tabulæ geographicæ repræsentant ipsas regiones. Et hæc consideratio est propria primæ Philosophiæ. Logicus autem prædicamentum adhibet tanquam normam, cuius beneficio possit convenientias seu genera & differentias rerum investigare, res ipsas non tradit, ut ex ipsâ tractatione patebit.

**Prædicamentum est substantiæ, vel accidentis.**

Omne, q̄ sub perfectam definitionē cadit, perfectè potest cognosci. Intellige perfectionē, quæ cadere potest in homi-